

**USR LOMBARDIA - CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)**  
**Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2023- Livello B2**

## **SOPHONISBA**

Bello Punico secundo, traiectis in Africam legionibus, Scipio cum Masinissa, Numidarum rege, societatem fecit et Syphacem, Carthaginiensium socium et amicum, oppugnavit. Masinissa autem Sophonisbam, Syphacis uxorem, clam amabat. Bellum interea renovatur.

*Scipio partem copiarum Laelio Masinissaeque attribuit et castra Syphacis invadere ignesque conicere iubet. Singulos deinde separatim seductos obtestatur ut omnia diligentia expleant curaque: se alia Punica castra adgressurum; sed non ante coepturum quam ignem in Syphacis castris conspexisset. Neque ea res morata diu est. Castra uno impetu capta sunt. Masinissa ad regium tabernaculum occupandum vadit. Intranti vestibulum eius in ipso limine Sophonisba, uxor Syphacis, occurrit; et cum in medio agmine armatorum Masinissam insignem cum armis tum cetero habitu conspexisset, regem esse, id quod erat, rata, genibus advoluta eius, supplicem misit vocem. Forma erat insignis et florentissima aetas. Itaque cum modo genua modo dextram amplectens ne cui Romano traderetur fidem exposceret propiusque blanditias iam oratio esset quam preces, non in misericordiam modo prolapsus est animus Masinissae, sed amore captivae victor captus. Data dextra id quod petebatur concedit. At Scipio, qui iam supervenerat, Masinissam monuit Syphacem populi Romani auspiciis victum esse. Itaque quicquid Syphacis fuisse, praedam populi Romani esse; ipsam coniugem eius Romam oportere mitti, ac senatus populique Romani de ea iudicium atque arbitrium esse. Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed lacrimae etiam obortae. Et cum Scipionem orasset ut quantum res sineret fidei suae temere obstrictae consuleret - promisisse enim se in nullius potestatem Sophonisbam traditurum - Masinissa concessit. Deinde, cum aliquantum temporis consumpsisset, ingenti ad postremum edito gemitu, fidum e servis unum vocat, sub cuius custodia regio more ad incerta fortunae venenum erat, et mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam iubet.*

## Quaestio 1

*Scipio partem copiarum Laelio Masinissaeque attribuit et castra Syphacis invadere ignesque conicere iubet. Singulos deinde separatim seductos obtestatur ut omnia diligentia expleant curaque: se alia Punica castra adgressurum; sed non ante coepturum quam ignem in Syphacis castris conspexisset. Neque ea res morata diu est. Castra uno impetu capta sunt.*

**Scipio castra Syphacis incendio vastari exspectat, ut ipse impetum contra eadem facere possit.**

**Verum**

**Falsum**

## Quaestio 2

*Scipio partem copiarum Laelio Masinissaeque attribuit et castra Syphacis invadere ignesque conicere iubet. Singulos deinde separatim seductos obtestatur ut omnia diligentia expleant curaque: se alia Punica castra adgressurum; sed non ante coepturum quam ignem in Syphacis castris conspexisset. Neque ea res morata diu est. Castra uno impetu capta sunt.*

**Castra Syphacis facile a Laelio et Masinissa expugnantur.**

**Verum**

**Falsum**

## Quaestio 3

*Scipio partem copiarum Laelio Masinissaeque attribuit et castra Syphacis invadere ignesque conicere iubet. Singulos deinde separatim seductos obtestatur ut omnia diligentia expleant curaque: se alia Punica castra adgressurum; sed non ante coepturum quam ignem in Syphacis castris conspexisset. Neque ea res morata diu est. Castra uno impetu capta sunt.*

**In hac narratione seducere (l. 02: singulos separatim seductos) significat:**

- a. Laelium et Masinissam ad mutuam contentionem adducere, quasi de gloria aemulos eos Scipio facere vellet
- b. distincte eos sibi adducere, quasi secrete cum eis Scipio locuturus esset
- c. divisim eos petere, quasi cum eis Scipio subito locuturus esset
- d. in amorem sui eos inducere, quasi fideles sibi eos Scipio facere vellet

## Quaestio 4

*Scipio partem copiarum Laelio Masinissaeque attribuit et castra Syphacis invadere ignesque conicere iubet. Singulos deinde separatim seductos obtestatur ut omnia diligentia expleant curaque: se alia Punica castra adgressurum; sed non ante coepturum quam ignem in Syphacis castris conspexisset. Neque ea res morata diu est. Castra uno impetu capta sunt.*

**In hac narratione obtestari (l. 02 [Scipio] obtestatur ut omnia diligentia expleant curaque) significat:**

- a. confitēri
- b. precari
- c. pollicēri
- d. adfirmare

## Quaestio 5

*Masinissa ad regium tabernaculum occupandum vadit. Intranti vestibulum eius in ipso limine Sophonisba, uxor Syphacis, occurrit; et cum in medio agmine armatorum Masinissam insignem cum armis tum cetero habitu conspexisset, regem esse, id quod erat, rata, genibus advoluta eius, supplicem misit vocem. Forma erat insignis et florentissima aetas.*

**Sophonisba, cum Masinissae auctoritatem agnovisset, ad pedes eius se proiecit.**

**Verum**

**Falsum**

## Quaestio 6

*Masinissa ad regium tabernaculum occupandum vadit. Intranti vestibulum eius in ipso limine Sophonisba, uxor Syphacis, occurrit; et cum in medio agmine armatorum Masinissam insignem cum armis tum cetero habitu conspexisset, regem esse, id quod erat, rata, genibus advoluta eius, supplicem misit vocem. Forma erat insignis et florentissima aetas.*

**In hac narratione *tabernaculum* (l. 01 *ad regium tabernaculum occupandum vadit*) significat:**

- a. suggestum
- b. cubiculum
- c. tentorium
- d. sacellum

## Quaestio 7

*Masinissa ad regium tabernaculum occupandum vadit. Intranti vestibulum eius in ipso limine Sophonisba, uxor Syphacis, occurrit; et cum in medio agmine armatorum Masinissam insignem cum armis tum cetero habitu conspexisset, regem esse, id quod erat, rata, genibus advoluta eius, supplicem misit vocem. Forma erat insignis et florentissima aetas.*

**In hac narratione *occurrere* (l. 02: *Sophonisba, uxor Syphacis, occurrit*) significat:**

- a. venire in mentem
- b. se opponere
- c. obviam ire
- d. memoriam de se renovare

## Quaestio 8

*Masinissa ad regium tabernaculum occupandum vadit. Intranti vestibulum eius in ipso limine Sophonisba, uxor Syphacis, occurrit; et cum in medio agmine armatorum Masinissam insignem cum armis tum cetero habitu conspexisset, regem esse, id quod erat, rata, genibus advoluta eius, supplicem misit vocem. Forma erat insignis et florentissima aetas.*

### **Quid ab auctore huius narrationis iudicatur *insigne*?**

- a. Sophonisbae precatio
- b. Sophonisbae iuventa
- c. Sophonisbae pulchritudo
- d. Sophonisbae vox

### **Quaestio 9**

*Itaque cum modo genua modo dextram amplexens ne cui Romano traderetur fidem exposceret propriusque blanditias iam oratio esset quam preces, non in misericordiam modo prolapsus est animus Masinissae, sed amore captivae victor captus. Data dextra id quod petebatur concedit.*

**Sophonisba et crura et manum Masinissae complexa est**

**Verum**

**Falsum**

### **Quaestio 10**

*Itaque cum modo genua modo dextram amplexens ne cui Romano traderetur fidem exposceret propriusque blanditias iam oratio esset quam preces, non in misericordiam modo prolapsus est animus Masinissae, sed amore captivae victor captus. Data dextra id quod petebatur concedit.*

**Animus Masinissae in misericordiam prolapsus est, immo in amorem. *Prolabi* indicat:**

- a. Masinissae adfectus importunus erat
- b. Masinissae adfectus inconsultus erat
- c. Masinissae adfectus efferatus erat
- d. Masinissae adfectus inconsuetus erat

### **Quaestio 11**

*Itaque cum modo genua modo dextram amplexens ne cui Romano traderetur fidem exposceret propriusque blanditias iam oratio esset quam preces, non in misericordiam modo prolapsus est animus Masinissae, sed amore captivae victor captus. Data dextra id quod petebatur concedit.*

**Auctor huius narrationis Amorem appellat victorem quia, ut Vergilius scribit (et Masinissa confirmat), "Omnia Amor vincit"**

**Verum**

**Falsum**

### **Quaestio 12**

*Itaque cum modo genua modo dextram amplexens ne cui Romano traderetur fidem exposceret propriusque blanditias iam oratio esset quam preces, non in misericordiam modo prolapsus est animus Masinissae, sed amore captivae victor captus. Data dextra id quod petebatur concedit.*

## **Quid Sophonisbae a Masinissa conceditur?**

- a. Ut ille in amorem eius incidat
  - b. Ne Romanis ille fidem tribuat
  - c. Ne captiva Romam adduci possit
  - d. Ut coniunx eius fieri possit

## Quaestio 13

*At Scipio, qui iam supervenerat, Masinissam monuit Syphacem populi Romani auspiciis victum esse. Itaque quicquid Syphacis fuisset, praedam populi Romani esse; ipsam coniugem eius Romam oportere mitti, ac senatus populique Romani de ea iudicium atque arbitrium esse.*

**Scipio, de his rebus certior factus, Masinissam statim redarguit. Nam bellum Punicum auspiciis Romanorum pugnari admonet. Quid hoc significat?**

- a. Romani Syphacis cladem praeveriderant
  - b. Romani auguria de bono exitu belli soli capere poterant
  - c. Imperium belli apud Romanos erat
  - d. Bellum a Romanis incohatum erat

## Quaestio 14

*At Scipio, qui iam supervenerat, Masinissam monuit Syphacem populi Romani auspiciis victum esse. Itaque quicquid Syphacis fuisse, praedam populi Romani esse; ipsam coniugem eius Romam oportere mitti, ac senatus populique Romani de ea iudicium atque arbitrium esse.*

**Scipio Syphacis possessionem Sophonisbam iudicat esse  
Verum Falsum**

## Quaestio 15

*Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed lacrimae etiam obortae. Et cum Scipionem orasset ut quantum res sineret fidei suae temere obstrictae consuleret - promisisse enim se in nullius potestatem Sophonisbam traditurum - Masinissa concessit.*

**Auctor huius narrationis Masinissam flevisse et erubuisse dicit, quia illum pudebat Scipionem in errore eum comperisse**

## Verum Falsum

## Quaestio 16

*Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed lacrimae etiam obortae. Et cum Scipionem orasset ut quantum res sineret fidei suae temere obstrictae consuleret - promisisse enim se in nullius potestatem Sophonisbam traditurum - Masinissa concessit.*

**Masinissa Scipionem oravit ut fidei suaे temere obstrictae consuleret (l. 02). Quid significat in hac narratione *consulere*?**

- a. praevidēre
- b. ignoscere
- c. providēre
- d. statuere

### **Quaestio 17**

*Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed lacrimae etiam obortae. Et cum Scipionem orasset ut quantum res sineret fidei suae temere obstrictae consuleret - promisisse enim se in nullius potestatem Sophonisbam traditurum - Masinissa concessit.*

**In hac narratione *quantum res sineret* (l. 02) "quantum fieri potest" significat.**

**Verum**

**Falsum**

### **Quaestio 18**

*Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed lacrimae etiam obortae. Et cum Scipionem orasset ut quantum res sineret fidei suae temere obstrictae consuleret - promisisse enim se in nullius potestatem Sophonisbam traditurum - Masinissa concessit.*

**In hac narratione *temere* (l. 02 *fidei suae temere obstrictae*) significat:**

- a. inconsulte
- b. fortuite
- c. animose
- d. pavide

### **Quaestio 19**

*Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed lacrimae etiam obortae. Et cum Scipionem orasset ut quantum res sineret fidei suae temere obstrictae consuleret - promisisse enim se in nullius potestatem Sophonisbam traditurum - Masinissa concessit.*

**In hac narratione *concedere* (l. 03 *Masinissa concessit*) significat:**

- a. Scipionis depreciationem refutare
- b. Scipionis sententiae pondus tribuere
- c. suam arrogantiam remittere
- d. inde ad alium locum abire

### **Quaestio 20**

*Deinde, cum aliquantum temporis consumpsisset, ingenti ad postremum edito gemitu, fidum e servis unum vocat, sub cuius custodia regio more ad incerta fortunae venenum erat, et mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam iubet.*

### **Cur a servo custodiebatur venenum?**

- a. ut Sophonisba eo uti posset
- b. ut hostes, bello confecto, interfici possent
- c. ne regius mos ab incerta fortuna corrumperetur
- d. ne reges hostium captivi fieri possent

### **Paraphrasis**

Scipio Laelio et Masinissae, quibus aliquas legiones commiserat, imperavit ut Syphacis castra  
\_\_\_\_\_ A\_\_\_\_\_ atque incenderent. Eos, seorsum ad se convocatos, hortatus est ut diligenter  
\_\_\_\_\_ B\_\_\_\_\_ omnia mandata, \_\_\_\_\_ C\_\_\_\_\_ se hostes non adgressurum donec Syphacis  
castra flammis incensa vidisset. Eius mandata perfecta sunt. Castris captis, Masinissa regis  
tabernaculum \_\_\_\_\_ D\_\_\_\_\_ et statim Sophonisba, uxor Syphacis, ab armis et vestimentis eum  
regem esse \_\_\_\_\_ E\_\_\_\_\_, genua eius amplexa est et suppliciter \_\_\_\_\_ F\_\_\_\_\_ ne Romanis  
traderetur. Mulier erat florentissima aetate: regem brachis cingebat, fidem sibi praestare poscebat,  
verbis dulcissimis eum blandiebatur, itaque Masinissa, magis quam in misericordiam in amorem  
inductus, et promisit et fidem ei dedit. Sed Scipio \_\_\_\_\_ G\_\_\_\_\_, qui Masinissam commonuit  
exercitu Romano Syphacem victum esse, qua re omnia bona eius Romanorum praedam esse; etiam  
regis coniugem igitur Romam mittendam esse, ut senatus populusque Romanus de ea  
\_\_\_\_\_ H\_\_\_\_\_. Masinissa, \_\_\_\_\_ I\_\_\_\_\_ et lacrimans, Scipionem oravit ut fidei suae, a se  
reginae datae, quantum ei liceret, consuleret. Deinde, aliquantis per \_\_\_\_\_ K\_\_\_\_\_, ingentem  
edidit gemitum et fidum servum \_\_\_\_\_ L\_\_\_\_\_, qui, ut mos erat apud reges, venenum  
custodiebat eique \_\_\_\_\_ M\_\_\_\_\_ ut id in poculo mixtum ad Sophonisbam ferret.

### **In locis vacuis insere haec verba:**


001 adfirmans	002 caperent	003 commoratus	004 coniciens
005 decernerent	006 erubescens	007 imperavit	008 intervenit
009 intravit	010 perficerent	011 rogavit	012 vocavit

A\_\_\_\_\_ B\_\_\_\_\_ C\_\_\_\_\_ D\_\_\_\_\_ E\_\_\_\_\_ F\_\_\_\_\_  
G\_\_\_\_\_ H\_\_\_\_\_ I\_\_\_\_\_ K\_\_\_\_\_ L\_\_\_\_\_ M\_\_\_\_\_

### **ITALICE VERTE**

Cum ad Sophonibam servus venisset, “Accipio - inquit illa - munus, neque ingratum”. Nec locuta est  
ferocius, sed acceptum poculum, nullo trepidationis signo dato, impavide hausit. Quod ubi nuntiatum  
est Scipioni, ne quid Masinissa, aeger animi et ferox iuvenis, gravius consuleret, accitum eum nunc  
solatur, nunc, quod temeritatem temeritate alia luerit tristiorumque rem quam necesse fuerit fecerit,  
leniter castigat. Postero die, ut a dolore averteret animum eius, contionem advocavit et ibi Masinissam  
regem appellavit eximiisque eum ornavit laudibus.

**VERBA LATINA QUAE APTISSIMA TIBI VIDENTUR UT ISTAE TABULAE EXPLICENTUR, ADIUNGE; SI FIERI POTEST, VERBIS UTERE QUAE IN PRIORIBUS TEXTIS INVENIUNTUR**



Jacques-Louis David – *Morte di Socrate*, 1787, New York, Metropolitan Museum

---

---

---




Anonimo, *Petrarca compone l'Africa, il poema incentrato sulle vicende antecedenti Zama*, Padova, ca. 1375

---

---

---



*Suicidio di Didone*, miniatura, XV saec.

---

---

---